



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LV. Verordnung des Markgrafen Ludwig über den Gerichtsstand der Bürger
und der Rathsherren der Neumärkischen Städte, ungefähr vom Jahre
1340.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LIV. Markgraf Ludwig befehlt Nikolaus, Küffin und Kunekin von Brederlow mit dem Dorfe Samentin, zwischen dem 6. und 13. Januar 1340.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. contulimus et presentibus conferimus strenuis viris nycolao, Lutkino et cunekino, fratribus dictis de Breyderlo, eorumque veris et legitimis heredibus villam dictam Samentin cum singulis et vniuersis suis pertinentiis ex debito vel ex iure, intra vel extra ipsam sibi pertinentibus pertinentiis sub modis et conditionibus, quibus prenotatam villam strenui viri Tydeko Bercholtz, vna cum fratribus suis, et hennigus de ftendal tenuerunt et possederunt, perpetuis temporibus sine impedimento quolibet quiete et pacifice possidendam. Referuantes tamen nobis heredibus et successoribus dicte ville precariam magnique Runoiri (sic) seruitium vna cum ceteris iuribus nostris, si que plura nobis ex debito competunt in eadem. In cuius etc. Testes Jo. büch, Jo. hufener, Heylo, Betkinus de ost, Haffo senior cum ceteris. Datum Spandow, anno domini M^o. CCC^o. XL^o., infra octauas Epyphanie.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4. in quarto).

LV. Verordnung des Markgrafen Ludwig über den Gerichtsstand der Bürger und der Rathsherrn der Neumärkischen Städte, ungefähr vom Jahre 1340.

Nouerint — Quod nos Ludowicus etc., discretis viris ciuibus nostrarum Koningesberg, Soldin, Arnswolde, fredeberg, woldenberg ceterarumque ciuitatum nostrarum trans oderam vbique sitarum nobis pertinencium ciuibus et incolis vniuersis, fidelibus nostris dilectis, talem contulimus et presentibus conferimus gratiam specialem, quod nullo iudicio nec aliquo coram iudice pro aliquibus casibus siue causis extra muros ciuitatis proprie debeant quomodolibet conueniri, sed coram iudice proprie mansionis eorundem sine contradictione tenebuntur (respondere), addicientes si aliquos vel quemquam predictarum consulum ciuitatum contra excedere contingeret, hii coram iudice curie nostre altare iudicio debebunt responsuri et satisfacturi super singulis contentionum materiis actoribus vel agenti. S. a.

Aus der Diekmannschen Urkunden-Sammlung der Breslauer Univ.-Bibliothek.